

8
iudicio docebit vias suas **V**ni
se me domini misericordia et veritas requirentibus
testamentum eius et testimonia eius **P**ro
pter nomen tuum domine propitiaberis peccato me
o. multum est enim **Q**uis est homo qui ti
met dominum legem statuit ei in via quam ele
git **A**nima eius in bonis demorabitur et
semen eius hereditabit terram **F**irmam
tum est dominus timentibus eum et testamentum
ipsius ut manifestetur illis **O**culi mei se
per ad dominum quoniam ipse euellet de laqueo pe
des meos **R**espice in me et miserere mei quia
unicus et pauper sum ego **T**ribulationes
cordis mei multiplicatae sunt de necessitati
bus meis erue me **V**ide humilitatem meam
et laborem meum et dimitte uniuersa delicta
mea **R**espice inimicos meos quoniam multipli
cati sunt et odio iniquo oderunt me **C**us
todi anima meam et erue me ne erubescam
quoniam speravi in te **I**nnocentes et recti adhe
serunt mihi quia sustinuit te **L**ibera deus israhel
ex omnibus tribulationibus suis